

bonum exemplum darent sequentibus ut et  
 ipsi similia facerent. Unde et priores pro-  
 tero existentes commiserunt patribus, ut in  
 fine libri, eos scriperent, nomina sua propria,  
 non tamen cognomina, propter vanam gloriam  
 cavendam in fine ponant quatenus sequentes  
 patres et superventuri ad eadem facienda  
 animarentur. Quod plures fecerunt pro possi-  
 bilitate sua. Non tamen omnes scriptores  
 fecerunt vel permanserunt, sed alii priores,  
 alii superiores, alii promotores, sacriste, cella-  
 rii, notatores, pynicatores vel aliter occupa-  
 tione, promissum vacare poterant ad libros  
 scribendos. Hinc autem librum circa annos  
 d. 1448<sup>m</sup> inceptum, sed in tercio sequenti anno  
 finitum plures patres scriperunt ex magno  
 fervore. Quorum nomina sunt Nycolaus, Wil-  
 helmus, Henricus, Daniel conventuales, hinc  
 domus conventuales, Henricus et Godfridus  
 novitii. Hec sunt tripta pro senioribus  
 nostris, ut venerandior, si non etiam ipsi  
 similiter faciant. Nam plures precedentium